Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



offensionē uo non uituperetur ministerium meum: sed in omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros. in multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus. in angustijs. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in scia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto. in caritate non ficta. in verbo veritatis. in virtute dei. per arma iustitiae. a dextris et a sinistris. per gloriam et ignobilitatem. per famam et bonam famam. ut seductores et veraces. sicut qui ignoti et cognoti. quasi morientes et ecce viuimus. ut castigati et non mortificati. quasi tristes sp autem gaudentes. sicut egentes multos autem locupletantes. tanquam nichil habentes et omnia possidentes GR. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis ℣. In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum TR. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi morabitur ℣. Dicet domino suscaptor meus es et refugium meum deus meus sperabo in eum ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium et a uerbo aspero ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis ℣. Scuto circumdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno ℣. A sagitta volante per diem a negocio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano ℣. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis tibi autem non appropinquabit ℣ Quoniam angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis ℣ In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum ℣. Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem ℣ Quoniam in me sperauit liberabo eum protegam eum quoniam cognouit nomen meum ℣ Inuocauit me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulacione ℣ Eripiam eum et glorificabo eum longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum.

In illo tpe. Du Oratheum. ctus est ihs in desertum a spiritu: ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens tentator: dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant.